MONUMENTA GERMANIAE

Aliqui dicunt hoc[a)] factum quando Verone fuit. | a) h' C.
Tunc etiam Rome fuit dominus Henricus frater
regis Castelle, qui nepos erat regis Karoli in
secundo gradu. Hic senatum sibi usurpaverat
faventibus aliquibus nobilibus Romanis et aliqua
parte populi et multa mala intulit Rome et
ecclesiis inibi[b)] thesauros distrahens deposita | b) Der letzte Buchstabe durch ein Loch halb-zerstört.
eripiens. Advenienti igitur Corradino confe
deratur et grandi collecto exercitu XVIII. die
Augusti[c)] de Urbe egredientes contra regem Ka- | c) aug.? C.
rolum properant provinciaeque civitates et
castra iam rebellare incipiunt. Quo comperto
Karolus Corradino obviam venit nec inter-
iora regni intrare patitur. + Conveniunt igi + | f 266 recto vol 1.
tur acies in campo Palatino, diu et dure pugna-
tur utrumque[d)], tandem prevaluit acies Corradini, | d) utrimque zu lesen?
inventisque armis Karoli omnia peracta putant
et securitate concepta ad spolia se convertunt.
Tunc subito rex Karolus cum sua acie de
occulto in publicum veniens in die beati Bar-
tholomei dispersum invadit exercitum, confu-
dit celeriter et partim cede partim fugando
anichilat. Omnes nobiles de parte Corradini
rex decapitari iubet, Henrico nepote retento
atque in quodam Apulie castro recluso. Corradi-
num autem et ducem Austrie, Gerardum quoque
comitem de Pisis de consilio sapientum nonnul-
lis tum[e)] contradicentibus in platea Neapolis ca- | e) tū (tum) oder tñ (tamen)?
pite truncari voluit. Post hoc ad recuperan-